

15

Medulla Ter. S. 15
Principium P. 15
S. 15
C. 15

III
A 214



~~7. 26.~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

III A 214 (1) ———
VITEBERG.

SIGNAT. 61515CCCCXIII.

Ms 87 57
Bl. 25
Proœmium.

De
CONSTITU
TIONE PNEVMA
TICAE.

Præceptum.

1. Pneumatica est scientia de Spi-
ritu quatenus Spiritus est.

2. Pneumatica dividitur in Partem Com-
munem et Propriam.

3. Pars Communis est, q̄ essentiam et proprietates
in communem contemplatur.

4. Pars Specialis est, q̄ Spirituum diversorum
naturas proprias exponit, et proprias eorum attributa et
operationes declarat.

Regula.

1. De Spiritibus peculiaris disciplina e-
st instituenta. Dato n̄ modo et simul Objecto considerandi
distinguit, consideranda est disciplina, quippe q̄ nihil est, quam Ob-
iecti sui coram mente representatio. Atq̄ hic datur peculiaris ob-
iecti nimirum Spiritus quatenus lumine nature cognosci potest.
Datur modus considerandi diversus, nimirum quod Spiritus
sive immaterialis ad idem compositionis, quod q̄ est generis caps.

Regula hæc opposita est antiquis Philosophis, q. de Spi-
ritibus nullam tradiderunt disciplinam peculiarem, sed hoc
manus Metaphysicæ adscripserunt.

II. Pneumatica peculiaris quidem discipli-
na est, non autem habitus Sæx, uti supra quæsumus.

Quia continetur sub censu habituum Eünq. ab Arle recen-
sitorum, puta sub Sciencia, si non scilicet sic dicitur, in
analogia tali. Nam ad rationem Sciencie Quis non est
necessarium demonstrare q. Principia Eündi (i. e. nica et for-
ma) sufficiat q. motus a priori de Entis necessario rescripto
attributa probari, Constitutionesq. de Objecto suo determinato
formari.

III. Particularis illa Spirituum cogiti-
tio est diversa longeq. distincta à reliquis
rerum scientiis. Ut enim Spiritus aliam ab eis samq.
habet naturam: ita etiam distinctam habet Scienciam oportet.
Ut n. omni scibile requirit Scienciam, ita distinctum di-
stinctam requirit.

IV. Doctrina illa distincta Spirituum
ad usitatum aliquam disciplinam, quæ alias in
Philosophia tradi solet, et quoti vulgè facticatum,
ad Metaphysicam per se non pertinet. Non ad
Metaphysicam, hæc enim universalis est, nec de particulari-
bus apte particulariter, ut explicet eorum nam geniam, alias
Metaphysicæ fieret confusum chaos omnium scientiarum.
Deinde, q. sub Obje. Metaphysicæ non continetur, quæ est
Entis quæ Entis. At Substantia Spirituæ sub qua tali non
magis conipret, quam Substantia Corporæ q. est æquo divini-
tate Substantiam seu membra adæquate opposita.

V. Nomen Spiritus, hic denotat Substan-

tiam Spiritualem ac descendit à Finito ac in
 finito, in quantum cognitio ejusdem lumini natura
 haberi potest. Ergo non quoad omnia q̄ de ipso sciri
 possunt quocumq; pacto, sed tñ quoad ea, q̄ lumini natu-
 rae de Spiritu cognosci queunt, hic solvendum est. Cuius
 alioquin confunderentur diversa disciplina, quandoq; con-
 sideratio Spiritus Infiniti, quoad ea q̄ in Scripturis Sa-
 cris revelata de eodem sunt, ut et eorum q̄ de Spiritu
 bus Finitis, Angelis et Animis rationali non nisi ex scri-
 pturis constat ad Theologiam pertineant, n̄ v. ad Philosophiam.

VI. Disciplina hæc dicitur. 1. Pneumatologia,
 et 2. Pneumatologia. 3. Theologia Naturalis. 4.
 Divina Philosophia. Prima denominatio sumitur
 ab Objecto, quod est Spiritus. 2. Partes, quasi dicat ser-
 mo de Spiritibus, seu Spiritualis doctrina. 3. Ab Objecto
 perfectissimo, quod est Deus, ut patet de eo primario hic instituitur
 tractatio, à modo considerandi quoq; hoc nomen habet, q̄
 natiuitatem Dei naturalem implet, et vocatur, non quia in re-
 bus divinis contemplandis occupatur, sed quatenus lumine na-
 turae possunt à nobis cognosci.

LIBER PRIMUS.

DE
 Natura Spirituum et
 attributis eorum.

Præceptum.
 Spiritus est Substantia ab omni
 Materia et dum essentiam abstracta.

Vel Spiritus est Substantia omnis corporea mo-
lis exs.

Vox Spiritus est ambigua. In Theologia accipi-
tur 1. Hypostaticè, seu Personaliter, & Spiritus Sanctus
Tercia Trinitatis persona. 2. Absolute, et Galicè,
& Substantia Spirituali. Ioh. 4. / 24. 3. Effectivè, pro
Potentia & virtute Dei, itemq; in. Dei. Exod. 15. / 19.

De Creaturis usurpatur varie: in quibus Spi-
ritus, vel bona Spiritualia, impetum animi humani, dona
Spiritus Sancti in pios collata: vel natus Vitam et Sa-
lutem, vel respirationem seu actionem respirandi; vel
ventos, vel Angelos. etc.

In Philosophia vox Spiritus capitur 1.

Physicè & corpore subtili & tenui, quales è Spiritus egredi-
ens ex ore respirantis; Sic Venæ dicuntur Spiritus: Sic
in Physicis Spiritus dividuntur in Vitales, naturales et
animales. 2. Metaphysicè & Logicè, & Substantia
immateriali et Spirituali, quæ contra distinguitur corpore.
Eius ultima acceptio est huius loci, ubi Spiritus Sumitur
& Spirituali Substantia omnis molis corporeæ ex parte.

Regula.

1. Dantur Spiritus, et quidem in Classe
Entium Substantialium. Ratio Dantur enim
operationes immateriales, immediate ab ipsa Spirituali
Fuentes et emanantes, ut sunt intelligere, cognoscere
res varias, libere operari et agere. Deinde sunt Entia
Substantialia: nam non sunt in Subiecto tanquam in
alio inhaesive & modum accidentium, sed & se subsi-
stunt, ut patet ex operatione Spirituum, quæ non possunt
non esse, nisi à Substantia.



27
II. Conceptus Spiritus non est equivocus,
nec Univocus, sed Analogus.

Rat. Nam conceptus Spiritus omnibus Spiritibus inaequaliter
competit DEO per plus et absolute, Angelis et ani-
ma rationali per modicum et gratiam.

III. Spiritus, quia talis principia essendi
non habet. Nam Spiritus, quatenus talis, non consistit
neque ex partibus essentiam eius constituuntibus, sed est in-
terius simpliciter, ac hoc modo DEO quoad essentiam attribuenda
Simpliciter, quibus constitueretur quod omnino est absurdum.
Sufficiunt sic Principia cognoscendi Incompleta et
Completa, per quae unum de altero demonstratur.

CAP. II.

De Proprietatibus Spirituum

Affirmativis & Negativis.

Hae de natura Spiritus, sequuntur
ejus Proprietates, quae ex natura Spi-
rituali per se dimanant, tanquam propria
attributa.

Præceptum.

1. Proprietates Spiritus sunt attributa
Spirituum propria, quae omnibus Spiritibus
semper et solis conveniunt, a quoque per se,

necessario denominant.

II. Sunt autem proprietates Spirituum, vel ne-
gativae, vel Positivae.

III. Negativae dicuntur, quae terminis negativis
vel negationem implicantibus exprimuntur.

IV. Negativarum proprietatum prima est in-
divisibilitas, quae est affectio Spiritus, juxta
quam nequit dividi in partes alias atque alias extrin-

Quomodo mo-
reant. Angel.
inde ad lib. 9
num. 4. cap. 4

se mutuo positas. 2. Immutabilitas est affectio Spiritus,
quae ab ipsis removetur omnis Physicus. 3. Illoca-
litas est affectio Spiritus, juxta quam in se nequit
commensurari loco aut spatio determinari. 4. Immuta-
bilitas est proprietas Spiritus, juxta quam ejus naturam
se respicit omnem mutabilitatem. Sic Incorruptibi-
litas est conditio Spiritus, juxta quam, ipsius natu-
rae repugnat appetitudo, inrensiva ad non esse, ita ut
in se ipsa, natura non possit corrumpi. 5. Intem-
poralitas, quae removetur omne tempus a Spiritibus
eius, verè nullis enim mutationibus Physicis sunt
obnoxii, ideo non sentiunt aetatum mutationes se-
nium contradunt.

V. Ita fuere Negativae Spirituum Pro-
prietates, sequuntur Positivae, quae affirmati-
vis terminis exprimuntur.

28
Sunt autem imprimis hæc. 1. Simplicitas,
juxta quam essentia spiritus non potest resolvi in
plura. 2. Duratio stabilis, seu Perennitas,
juxta quam spiritus non mutantur, et invariabilem
existendi modum obant. Vel. Quia p̄ suam naturam
ita durant, ut ex se non deficient nec intereant.
3. Intellectualitas, juxta quam spiritus vim ha-
bent intelligendi & cognoscendi res varias. 4. Volun-
tas, juxta quam spiritus cognita velle aut non vel-
le possunt. 5. Arbitrii libertas, quâ spiritus
habent facultatem se sponte determinandi ad agere
vel non agere.

Pneumaticæ LIBER SECUN- DUS.

De
Spiritu Infinito & Inde-
pendente, ac de Spiritu Fini-
to et dependente.
Sunt Pars Pneumaticæ Generalis

de communium Specierum natura, nunc in ordine se-
quitur, ut recte egrediamur ad alteram Specie
Gnomatice partem, q̄ agit de Spiritibus in
Specie adlog. Singulorum Spirituum naturam quan-
tum fieri potest singularim et ordine considerat et
ponit. Primum igitur agendum erit de In-
finito et Independente Spiritu, nempe de
Deo nostro glorioso, qui inter Sprus omnes suo
jure primatum obtinet. Et merito primo loco po-
nitur.

CAP. I.

De Notitia Dei naturali.

Præceptum.

- I. Naturalis Dei notitia est quæ lu-
mine nature ex principijs naturalibus à quo
vis hæc aquiri potest. Hanc ergo Philosophus ex se
et suis principijs indagat, uzet, tractat, declarat, liquidat.
- II. Est autem notitia Dei naturalis vel Uni-
versalis vel Particularis. Illa est quæ de Deo co-
gnoscimus Prælia et Communia quædam attributa, ut potest
ut sic Eius, unus, verus, bonus, quæ sit principium et
hym. Hæc est quæ quædam Specialia cognoscimus de Deo,
q̄ propria sunt Deo et p̄ se soli Deo conveniunt, ut patet
quod sit Sprus Infinitus, Immensus, Simplicissimus,
Æternus, et quæ sunt similia Dei attributa Specialia

et propria. Vocatur alias Theologia Naturalis.

III. Qualitas Theologiae naturalis spectatur in se, vel respectu meliorum. Illo modo dicitur, quod naturalis Dei noticia, non dicitur perfecta, sed imperfecta, non distincta, sed confusa: non quidditativa, sed quidditativa: non comprehensiva, sed apprehensiva.

IV. Comprehensiva noticia est, quae aliquam rem perfecte cognoscimus, ita ut nihil sit in illa, quod ex parte non tenemus, qualis de Deo haberi nequit. Apprehensiva est, quae saltem quaedam tenemus, cuius imperfecte. Ita jam dicimus, quod Deum cognoscimus naturali lumine, sed imperfecte apprehendendo. Quaedam de Deo non comprehendendo omnia quae sunt in eo.

V. Distincta noticia est perfecta et Completa Scientia, quae res in sua natura propria cognoscuntur ex Essentialibus propriis principijs. Confusa v. est Imperfecta, quae quaedam communia cognoscimus aut ex accidentibus.

VI. Quidditativa cognitio est, quae omnia praedicata rei, quidditativa cognoscimus ad ultimam usque differentiam. Quidditativa v. quae aliquid de quidditate rei, seu quaedam Essentialia praedicata cognoscimus et tenemus. Deum igitur quidditative non possumus cognoscere, multo minus comprehendere, praedicata in quaedam Essentialia tenemus.

VII. Respectu mediorum, spectata Dei noticia Triplicem imprimis habet modum seu viam, quae acquiratur, ut est I. Via negationis,



quā a Deo removemus imperfectiones creaturarū.
v.g. Scimus imperfectionem creaturā esse corpoream et
hinc et remotionem illius imperfectionis colligimus Deū
esse incorporeū. 2. Via Eminentia, quā Deo
effectiones creaturarum eminenter tribuimus, v.g.
in creaturis est perfectio, bonum, justum et sapientia,
est, colligo inde per eminentiam Deum esse spiritum
Sapientissimum, iustissimum. 3. Via Causalitatis,
quā ex effectibus et effectionibus colligitur Deum
esse, v.g. ut enim alias omnis effectus acquirit suū causam,
ita etiam opera Dei nos adhibere debent in cogitatione
Dei. Ex quibus colligimus hanc esse veritatem,
ut in noticiam sive cognitionem Dei, nempe quod
sit Deus. 2. Quod sit. 3. Evidentiam Deus habet atri-
buta aut idiomata propria.

VIII. Quod sit Deus, demonstratur iuxta
Thomam quinq; vijs. 1. Sumitur ex parte motus,
quia omne quod movetur ab alio movetur, necesse
est igitur est, ut deveniat ad aliquid primum movens,
quod a nullo movetur, et hoc omnes intelligunt Deum.
2. Ex ratione Cause Efficientis, quia omne quod est,
ab alio est, necesse igitur est ut deveniat ad aliquam
causam primam, quom omnes Deum nominant. 3.
Et possibili et necessario. 4. Ex gradibus, quia in reb.
inveniuntur. 5. Sumitur ex gubernatione rerum, quia
omnia etiam que cognitione carere operantur per finem,
ad quem tñ non casu, sed ex intentione perveniunt, di-
recta ab aliquo cognoscente et intelligente, e.g. Et
aliquid intelligente, a quo res nadas ordinant ad finem,
et hoc loco dicimus Deum. Vel breviter, sic

pbatur Deum esse. 1. Ex admirando creationis
 operi. 2. Ex aspectabili huius mundi opificio. 3.
 Ex admirabili omnium rerum ordine. 4. Ex ratione
 dependentia. 5. Ex ratione necessarij et contingentijs.
 6. Ex consensu omnium populorum. 7. Ex metu
 innato & conscientijs.

IX. Cognitio hæc naturalis talem præbet
 nobis descriptionem Dei: Deus est Spiritus
 Infinitus & Independentens à quo sunt omnia & ipse
 à nullo est summè unus, infinitè perfectus, creator
 & gubernator omnium rerum, ppetuo cultu asficiendus
 & colendus.

Vox Dei est ambigua. Sumit. 1. Abusive & eo
 qd est Deus apparenter, juxta opinionem hominum. Ita
 Dij genium dicuntur Dij. 2. Metaphorice & eo qd
 gerit officium divinum, adeoq; est quasi loco Dei.
 Sic Magistratus dicuntur Dij. Psal. 82. 6. 3. Proprie
 & ente eminentissimo, quod plane est independentens, à
 quo sunt pendentes alia omnia. id quod est optimum
 maximum hominum. Et hic est ille primus quasi con-
 ceptus, quem de Deo Omnes formant auditu nomine Dei,
 quem etiam nos hoc loco attendimus.

Regula.

1. Deus et debet et potest naturali lumi-
 ne cognosci. potest, dantur enim principia cer-
 ta ac infallibilia, quibus suppositis Deum esse
 facile est colligere. Debet. Quia investigari



Deum omnes homines lumine illo naturali omnes
hinc necesse habent. Rom. 1. 19.

II. Notitia Dei naturalis post lapsum valde
de imperfecta est, et ad salutem nulla. In meli-
us enim defficiunt et pauca scimus de Deo ex lu-
mine naturali, et qual magis est, sine quo nemo salva-
ri potest. ut patet de merito Christi et de fide in Om-
nium nihil gratis.

III. Theologia naturalis nequaquam contra-
riatur revelatae notitiae. Utrumque enim Deus
manifestavit: rationi cuius una alteri subordinatur, tan-
quam ab uno fonte effluentes, ita tamen ut naturalis ei
dat revelatae tanquam posteriori.

IV. Naturalis Dei notitia suos quoque habet
fines & usus insigniter conspicuos, valdeque
necessarios. Conducit 1. Ad explicationem multorum
dubiorum, quae de Deo moveri solent. 2. Ad eviden-
tiationem multorum attributorum, divinarum, demonstra-
tionem. 3. Ad externam disciplinam et sancti-
moniam vitam infirmandam. Deum n. esse colendum percipit.
4. Ut queratur Deus Act. 17. 27. 5. Ut reddat ho-
minibus inexcusabiles. Rom. 1. 20. Denique, 6. Theologia
naturalis necessaria est per eos, qui sunt extra Ecclesiam
& falsa putant ea esse, quae in sacris literis traduntur,
quorum errores non potest refutare, nisi ex naturalibus
demonstrationibus.

V. Deus perfecta et accurata defi-
nitione nequit definiri. Quia Deus non habet

34

genus Univocum quod proprie definitionem accuratam
constituere solet, speciebusque omnibus aequaliter competit.
Nec satisfaciunt generationi, quae dicunt Deum quae attributa
saltem quae perfectionem perfecti affirmari possit. Haec enim
non est vera, sed aliquando est descriptio. Omnis enim
vera et proprie dicta definitio debet fieri quae propria.
Deinde quia differentiam tanquam istam speciem
constituentem Deus non admittit.

VI. Deus in nullo est Praedicamento,
sed eminenter transcendit omnia rerum genera.
Nobilitas enim et eminentia divina non admittit Prae-
dicamentalem conditionem. Unde Dei essentia in finis-
simum distat ab essentia rerum Praedicamentali.

CAP. II.

De Attributis Dei in Genere.

Postquam existentia Dei rationem naturalem cognitio-
nem demonstrata est, sequuntur attributa eius, quae vari-
etate dividi solent.

Præceptum.

I. Attributa quaedam de Deo dicuntur
proprie, quae realiter tribuunt Deo aliquam per-
fectionem, aut remouent imperfectionem, ut sunt:
Bonitas, Sapientia, &c. Quaedam improprie,
quae imperfectionem, aut erantem quiddam denotant,
ut: Quando Deus dicitur Leo, vel Agnus, aliisque
membra corporalia ipsi tribuuntur.

II. **Attributa Dei vel s̄t Absoluta**, quæ respectum nullum implicant, adeoq; sine respectu ad aliud externum Deo conveniunt ut sunt **Aeternitas, Immensitas**. *Dei* Vel **Re-**
spectiva, q̄ aliquem respectum implicant, adeoq; Deo tribuuntur, quatenus referuntur ad creatoras.
 v.g. quando dicitur **prima Causa, Primum motor, Creator et conservator omnium.**

III. **Attributa Dei alia sunt epep̄dina** sive **opativa**, quæ sunt ordinata ad aliquos actus eorū, terminos, vel quæ ad eorū se offerunt atq; exerunt, ut sunt, **Vis, Virtus, Omnipotentia, Omniscientia, Omni-**
presentia; alia **avep̄dina** seu **quiescentia**, q̄ non s̄t ordinata ad aliquos actus, ut eorū se proferant. *Dei*
 lia sunt **Infinitas, Immaterialitas, Simplicitas, Aet-**

Hoc de Persona Christi terminas.

IV. Porro **attributa Dei vel s̄t Positi-**
va, q̄ affirmativis terminis effertur, ut **Bonitas, justitia**; vel **Negativa**, q̄ negativis vocibus effertur, ut **Quando Deus dicitur Immortalis, in circum-**
scriptis, ubi particula in habet vim negandi.

Regulae.
 I. **Deo conveniunt attributa h. e. Præ-**
dicabilia, quæ per modum affectionum de eo enun-
centur, et ambiguntur. Q. **Deus enim scientificè cognoscitur.**
 S. **Scientia verò tria possit, Subj. Principium et**
Attributum, eo quod hoc p̄ ista verificetur, in quacunq;
Obiectis: Si denominatus de eo quicquid predicaret, sequeretur abstractum e-
ssentiale, imò p̄inde e- ipso, quod impossibile. Et Nihilominus legitur, quoniam hoc.
Tam diff. aff. in denominat. in vulgarem figuram. ubi aliud est firmamentum.

II. *Attributa Dei non sunt Accidentia, sed inadeguati conceptus essentia divina.*

Pateet Prius: Accidentia n. realem compositionem faciunt cum Subiecto suo, Deo regnante. Posterius: Quoniam enim Deus Infinitam perfectionem abyssus est, intellectus autem humanus omnia simul distincte non cognoscit, oportet ut perfectiones divinas patiatur, in leg. divinam essentiam nunc cum hac, nunc cum illa, per se, seorsum sumat apprehendatq; implicent istam divinam.

III. *Attributa Divina inter se realiter non distinguuntur. Eia non sunt res et res neq; sunt oppositae relationes.*

IV. *Attributa Divina distinguuntur inter se non re, sed ratione. Quia ut diximus non distinguuntur realiter, relinquuntur ergo ut distinguuntur ratione.*

V. *Attributa Divina non differunt realiter ab essentia Dei, sed re ipsa sunt eadem cum ipsa Dei. Ita patet: Quia non sunt res aliae seorsum ab essentia Dei, sed sunt ipsa essentia Divina, aliter atq; aliter a nobis concepta.*

*sed de ratio
inante sta
ut extra ip
tellectu huma
nihil sit;
sive virtuale*

CAP III.

Absolute Dei attributis.

Preceptum.

1. *Attributa absoluta, quae interna Dei naturae conveniunt. Sunt vel Communia vel*

*minora, alius denominatis, alius denominatis;
et ius demon. transendo. Singularia Personificata.*

Attributa transcendentalia neq̄ simpliciter tollunt, neq̄ compositionem
inferunt. Probatur, dicitur attributa dicitur in se, & in re. *1. Unus est Deus*
verus & propria. Communia se, q̄ se conveniunt
et attributa. *2. Deo*, ita ut etiam in alijs suo modo reperiantur.

3. Qualia sunt: Unitas, Veritas, Bonitas, Simplicitas &c.
Hæc q̄ attributa conveniunt Deo, verum longe alio
modo, quam ut sunt in creaturis, ita sc. ut *1. Sint*
ipsa Essentia Dei, & eminentissimo gradu sint in
Deo, sc. Deus est Summe Unus, summe Verus, summe
Simpliciter, summe Bonus. &c.

1. Unus est Deus, et quidem summe
Unus, ita ut nec Deus alius non sit, nec
alius Deus esse possit. Etenim *1. Deus est per*
seissimo modo unus. *2. Deo* repugnat prorsus di-
visibilitas & multitudo omnis. Ergo Deus nec in
plura Individua dividi poterit. Ergo Deus ita nu-
merus unus erit, ut excludat omne simile. Deus id-
circo est singulariter & Individue Unus. Porro
unum esse Deum nō naturalis colligere potest. sc.
Quod Deus sit Ens, perfectissimum, Infinitum, et
absolutum esse habeat, quicquid longissime abest à di-
visione, sed necessarius est alius et q̄ unitas est
perfectissima, quæ est numerica, ut pote, maxima nec
amplicius divisibilis. Quod vero Ethnici contra reced-
rationis dictum rat Deos introduxerunt, id non argu-
it unitatem Dei eos cognoscere non potuisse, sed Dia-
boli potius hinc cognoscitur, astutia, qui contra omnes
pietatis et honestatis leges homines impellit, quando
verum numinis cultum eo ab ipso scriptum &
implantatum arcto non permittit ped.

1. Verus est Deus & verax in

omnibus, et adeo summe verax, ut fallere
nescius sit et mentiri prorsus non possit, nec
enim deficere potest, nec mens Dei dissentire
potest a voluntate eius, cum sint re ipsa unum.
Everacissimus sic Deus in oibus oportet.

Veritatem ratio naturalis colligit exinde, qd
Deus sit perfectissimus, in quo nec error, nec menda-
cium, locum habet. Porro conigit ratio veritatem in
Deo, aut transcendentaliter, scilicet ita prima et summa
veritas, est sibi mensura et perfectio; aut generaliter verum
de rebus habet iudicium.

IV. Bonus est Deus, et quidem summe,
quod recta ratio colligit ex perfectione, quogz
quod enim perfectissimum, id non potest non esse
bonum, imo bonitas ipsa.

V. Deus Simplex, et qd summe omnis
compositionis expertus. Hoc ipsum colligit recta
Ratio exinde. 1. Quia est summe unus. 2. Omnimode
indivisibilis. 3. Actus purissimus. 4. Prorsus inde-
pendens et absolute primum.

VI. Deus est summe et Infinite intelligens.
Oia enim qeunqz sunt, qeunqz fuerunt, qeunqz futura se-
re, exactissime scit, perfectissime comprehendit, et simpli-
cissime nectitur, eaqz uno actu omnia simul intropicit.
Intellectum nam naturalis mente colligit, Deus est intelligas,
spirituale, perfectissimum. Ergo habet vim intelligendi.
Vel hoc modo: Id quod est perfectissimum Deo revelat,



ra inest. Sic intellectus ita se habet. Hinc n. est
directio, et ordinatio rerum omnium ad suum finem, qd
certi est perfectissima sapientia

VII. Propria Dei attributa sunt, quae
soli Deo per se conveniunt, ut: Infinitas,
Immutabilitas, Omnipotentia, Omniscientia, &c.

VIII. (1.) Infinitas est attributum Dei,
quo intelligitur essentia ejusdem carere termi-
nis in Essentia et perfectionibus omnibus, et omnes
q modo sunt possibilis perfectiones eminentissimo
quodam modo includere. Ratio Rāalis colligit Infi-
nitatem in Deo I. Ex necessitate existentiae Dei;
Deus est ens a se et absolute necessarium. Ergo
nullo modo necessario omnem perfectionem possibilis, et
essentiae Infinitum. 2. Ex perfectione Dei: nam quod
summe est perfectum, est Infinitum. Infinitum enim est,
quod habet summam perfectionem.

IX. (2.) Immutabilitas est attributum Dei,
quo intelligitur Essentia ejus carere potentia pas-
siva inextincta, agente externo perfectione externa,
vel est tale attributum, juxta quod essentia Dei,
concepitur sub remotione omnis mutabilitatis externa
et interna. Ratio Rāalis colligit Immutabilitatem I.
Ex actualitate ejus: habet enim rationem actus puri,
q implicat immutabilitatem. Quia mutationis radix
est potentia passiva. 2. Ex summa perfectione:
Deus est ens perfectissimum. Ergo est immutabile.
Illi enim nihil addi demq potest perfectionis.

X. (3.) Immensitas est attributum Dei,

quo cognoscitur cum aptitudine, ut possit sine
 ulla mutatione esse in quovis spatio, ita ut non
 mensuretur ab illo, sed infinitis modis illud super;
 Vel: Est tale attributum, juxta quod Deus spatio
 aliquo commensurari, aut includi nequit. Ratio Na-
 turalis colligit Immensitatem. 1. Ex Infinita ejus per-
 fectione, ad quam alijam ad aptitudinem ad essendi-
 finem nequit. 2. Ex immutabilitate: Mutatio loca-
 tis importat imperfectionem. Ergo Deo tribuenda non est.

XI(4) Immortalitas est attributum Dei ta-
 le, juxta quod a Deo omnis actus et potentia mo-
 rienti remouetur. Hoc probat ratio naturalis ex Immu-
 tabilitate hoc modo: Deus est ENS immutabile. Ergo
 et mortale. Ratio. Quia immortalitas infert immutabi-
 litatem, vel: Immutabilitas est causa immortalitatis.

XII(5) Independentia, qua Deus apprehen-
 ditur, ut carens omni causa superiore pducente illum.
 Ratio Naturalis Independentiam colligit ex eo: Quia Deus
 est ENS meritorium et ens p essentialiter necessari-
 um.

XIII. Hucusque fuerunt attributa Dei
 propria, eaq; Negativa, sequuntur jam
 Positiva, quae positiva exprimantur.
 Horum Attributorum Primum est Omni-
 potentia, quae est tale attributum Dei, quo
 omnia quae non involvunt repugnantiam fieri
 posse intelligitur. Ratio naturalis concipit Omnipotentiam
 ex essentiali ratione: hoc modo: Deus est ENS Infini-



tum in essendo. Ergo et in operando. Modus enim
essendi sequitur modum operandi. Deesse ex Infinita
ta Dei Perfectione; Omnia attributa in Deo sunt per-
fectissima. Et etiam potentia erit perfectissima.

XIV. (2.) Omniscientia est attributum Dei,
quo actu scire omnia intelligitur infinita scientia.
Hoc attributum colligit recta ratio, ex quibus colligebat
prius. Obs. Hoc tribuitur Deo nra; p. unum nra nra H.
Chri nra.

XV. (3.) Aeternitas est attributum Dei,
quo ejus essentia simpliciter indefectibilis et
interminabilis, intelligitur. Hoc porro colligit ratio
naturalis 1. Ex Infinitate ejus. Deus idem, totus
suum esse est ens Infinitum. Ergo etiam idem du-
rationem est infinitum: Duratio n. rei nisi nra non differt
ab essentia ejus. 2. Ex independetia: Deus est
ens Independens et Primum. Ergo etiam Aeternus.

CAP IIII

De Attributis Dei Respectivis.

1. Attributa Dei respectiva sunt, quae
cum respectu ad creaturas conveniunt Deo
et extrinsecus perficiuntur. Sunt Duplicia Interna
et Externa. Interna sunt, quae quidem in respectu ad
extra Deum denominant, et extrinsecus perficiuntur, ita tu

ut Inmensus sint in Deo. Talia sunt: Misericordia, Jus-
ticia, vis dominandi, et omnipresensia.

II. Misericordia Dei est bonitas, qua Deus
facile miseretur suorum, h. e. qua Deus pronus
est ad ignoscendum, mitis ad tollerandum, tardus ad iras-
cendum, propensus ad consolendum et juvandum in delin-
centis & miseria suorum.

III. Justitia Dei est severitas, qua Deus
ob suam sanctitatem punit impietates et peccata
mandi. Hinc Deo tribuitur ira et vindicta, quod ma-
lis et nimis vitijs, perpetracionibus valde irascatur, et
pro meritis unicuique retribuatur. Est quidem Deus mansue-
tus, et misericors, sed ita, ne sanctitas ejus violetur.
Est bonus, sed et peccata abominatur. Hinc pro meritis qd
par est et decet retribuatur.

IV. Vis dominandi Divina potestas, qua
Deus omnis creaturas sibi subiectas tenet imperat
omnibus et p. naitu suo dirigit. Hinc Deus dicitur Dominus
Dominantissimus, Dominus Exercituum. Rex Regum.

V. Omnipresensia et Immensitas Dei est, qua
Deus oibus rebus per ipsam essentiam p. sens est.
Ubi enim Deus est, nullo spatio aut loco finiri potest, nul-
lius p. sens termino includi potest. Ergo ut Infinitus est
in omnibus perfectionibus, ita etiam Infinitus in p. sensia
ad eoq. Omnipresens sit expressum est. Non autem Deus est
ubiq. p. sens: quasi continentur ab omnibus; sed Actus
est, q. p. sens suam essentiam continet et concludit.



dic omnia, non secus, ac si manu concluderet omnia, q
sunt rei extensivæ; aut mole corpora, per intervalle di
strictus est omnipræsens: nam corporeus non est, sed ut
Spiritus Infinitus omnia permeans: et continens contentis
à nullo.

Regula.

I. Perfectiones Dei permulta insi
gniter apparet in creaturis, nam et affe
ctibus et operationibus suis vivit quasi Deus in
omnibus.

II. Misericordia Dei ubiq; magna est
et gratiosa satis. Item. Optimus se Deus præ
stat in omnibus et benévolum.

III. Et bene vult Deus, et bene facit omni
bus qui diligunt ipsum. Non enim otiosa est Dei
mansuetudo, sed negotiosa et efficax in præstandis mis
ericordiæ Dei beneficijs.

IV. Justus est Deus et vindex scelerum.
Ut enim bona vult per suam bonitatem, ita etiam ma
la odio habet, ob suam justitiam: eaq; iuxta sequitur
punitq;.

V. Deus est Dominus Dominantium, et
Rex Regum. Omnia Dei impio subjacent, et ab
ipsius direptione dependent unice.

VI. Deus est ubiq; præsentia repletiva.

Et Christus ubi est ubiq; ubi hinc pedes ubi caput,
R. ubi hinc ubi hinc ubi hinc ubi hinc, qd. factum
est. ubi hinc in Christo coram deo dicitur ubi hinc



Non enim ubiq; operatur, nec ubiq; saltem exēte potenti,
 in suam, sed eētā sua essentia replet omnia adeoq;
 omnibus intēte adēst per ipsissimam essentiam. Hinc ipsus
 Entē, prāsenter, Deū hūc et ubiq; potēter.

CAP. V.

De Operibus Dei Externis.

- I. Respectiva Dei attributa Externa sunt actus externi, qui non sunt intrinsecus in Deo, sed in creaturis: utpote operationes Dei externae et cultus divini. Sunt isti actus externi: vel ipsius Dei erga creaturas, adeoq; a Deo fiunt in creatis rebus: vel creaturarum erga Deum, adeoq; a creaturis circa Deum fiunt. Illa sunt opera Dei externa: Haec sunt cultus divini, quos nos praestamus debemusve Deo.
- II. Operationes Dei externae sunt, quae a Deo peraguntur in externis rebus, ut sunt creatio, Conservatio et Cooperatio seu administratio omnium rerum.
- III. Creatio est actio, qua Deus ex nihilo omnia produxit, quae sunt et existunt

extra Deum. Ex nihilo quod sic proprie creari dicitur.
Ex nihilo autem sic, quod ex nulla preexistente. Mater
ria fit. Ex nihilo fieri negat omnem materiam et om
nem dependentiam à Materie concursu, ita ut ibi pro
ducatur aliquid ubi antea plene nihil erat. Actus quia
aliquid à Deo creatum. Sed colligere licet ex Scri
ptura Sacra, imò etiam id quod per eum creata sint
omnia ex nihilo; ac de actuali creatione dubium mo
vent nulli, an etiam Philosophus ex suis principijs asser
dere possit in creationis naturam. Nam factum actu à
Deo exposcere quod nos facimus est constanter asser
ueramus. Deus namque fecit aliquid, ubi prius nihil fuit.
Ergo illud produxit ex nihilo. Nam ex alio fieri non po
tuit, quia aliud prius Deum nihil fuit. Neque ex se
ipso Deus producere potuit illud aliquid. Est enim
Deus Impassibilis et Immutabilis plane, ideo Causa
Materialis aut passivum principium illius esse non potuit.

IV. Conservatio est actio, quâ Deus res
à se creatas sustentat et in esse suo conservat.
Ubi enim omnia à Deo dependent in fieri, ita etiam
similiter dependent in esse, adeo ut sine influxu Dei actu
ali nequeant existere. Conservat autem Deus omnia
non indirecte saltem removendo corruptencia, sed
directe per influxum realem et positivum, quo esse rei
sustentat continuando, tenendo et quasi portando illud ipse,
ut in esse semel concepto permanere et continuo durare
re. atque existere possit. Constat hoc ipsum ex reata rati
one. Nam I. Solus Deus est ens per essentiam alia

omnia per participationem sunt id, quod sunt, ita ut esse illorum à Deo dependeat unice. Et per se ex sua interna natura postulant influxum Dei, sic sunt.

II. Omnia simpliciter et absolute dependent ab influxu Dei in fieri, ita ut prorsus fieri non possint, nisi à Deo producantur. Ergo etiam omnia ab influxu Dei dependent in esse, ut nec permanere queant, nisi subsistent à Deo. Ratio Connectionis est. Quia esse, quod fit et quod permanet in continuitate. Essendi genus idem est et essentialiter dependens omnimodo, quoad causam primam.

V. Conservacioni opponitur annihilatio, quæ est conservacionis terminatio aut influxus subtrahitio, quæ facta subito ruunt res in nihilum. Ut n. Deus omnia libere creavit, ita etiam libere conservat res conditas, quem subsistendi statum ubi subtraherent, mox annihilabuntur omnia.

VI. Cooperatio est actio Dei qua Deus immediate per suam essentiam concurrens ad actiones creaturarum perficiendas. Alias appellatur concursus Dei cum causis, et his in agendo. Item: Vocatur, Gubernatio et administratio. Deus non modo imperio vim agendi salvamque eam semper constat nec movet solum modo seu ad agendam applicat, sed etiam immediatus auctor et illarum operationum, quæ efficiuntur à causis secundis.

VII. Administratio seu gubernatio omnium rerum, prout in finem certum dirigitur, appellatur providentia quæ est actio Dei, quæ Deus res à se creatas optime et sapienter gubernat, inq. finem

optimum dirigit. Vel est voluntatis divinae cura,
per quam omnia quae sunt, convenientem ordinem et
regimē suscipiunt. Deus enim quia optimus est, ita
gubernet res omnes, ut non remissa decurrant, sed in
finem eorum tendant, in quem optimum Deus ipse
omnia ordinat, regit atque moderatur. Insuper atque
tendendum quod operatio Dei dicatur vel Pro-
vida, vel Gratiōsa. Provida Dei actio est
Universalis Dei Providentia, quā Deus omnibus
suis creaturis providet, et prospicit de necessarijs bonis.
Sic omnia curat, omnia sustentat atque conservat.
Gratiōsa Dei operatio est Singularis et
Specialis Dei Providentia, quā singulariter pijs
benedicit, et singularia confert dona. Sic pars Do-
mini est populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus.

Regulae

- I. Creare est rem ex nihilo producere.
Sc. ubi plane nihil est, eorum esse rei generis creando.
- II. Creare est opus unius et solius Dei.
Item: Omnia Deus fecit ex nihilo, alia immediate
alia mediate.
- III. Creatio non est in Deo sed a Deo: Est enim
actio externa et effectio realis, quae in effectu pro-
cipitur externo, non in agente Deo.
- IV. Quicquid a Deo factum est, id sua
natura est optimum. Quia Deus est agens perfectissimum.

estimum et optimum. Ergo eum effectum semp pro,
ducit et in suo genere optimum.

V. Nullius mali autor est Deus: Quia Deus
in agendo deficit nequit. Ergo nec malum fieri
potest. Ut enim malum privatio seu defectus est bo-
ni, ita etiam ex defectu oritur.

VI. Nil est prorsus, qd sub Providenti-
am Dei non cadat. Sc. bona movet, approbat,
adjuvat, excitat, exornat, amplificat. Mala vero ad-
versatur, improbat, prohibet, permittit, impedit, determi-
nat, ad terminos certos punit, commutat in bonos
fructus. &c.

CAP. VI.

De cultu Divino.

In quantum naturali lumine cognoscitur.
Fuerunt actiones Dei erga creaturas: se-
quuntur actiones creatorum erga Deum,
quæ consistunt in colendo Deo, et dicuntur cul-
tus divini.

I. Cultus divini sub actiones creatu-
rarum quibus se ad nutum voluntatemq;
Domini et autoris sui gerere, ipsiq; debitam ob-

Servantiam præscare student. Consistunt
1. In amorē erga Deum vero. 2. In fiducia
3. In spē et Fide. 4. In reverētia et religio-
ne. 5. In celebratione et invocatione.

11. Sunt autem cultus divini capita præ-
cipua: 1. Amor Dei: debemus enim Deum amare,
quæ est summum bonum et optimum illud, quod intelligi-
mus quæque appetimus: Deus etiam nos amat, nobis
dic impia, et habemus, nobis bene facit multiferam.
Aliudnam ergo amorē et gratitudinem Deo ostendimus,
suadet recta ratio. 2. Fides erga Deum, ut ipsi
fidem debeamus et non confidamus in nobis, sed potius
ei in omnibus. 3. Fiducia, quæ est acquiescentia in
amorē Dei, quia nos Deo amato committimus, ipsi tan-
quam optimo bono confidimus et firmiter credimus
ipsum velle nobis succurrere, et omnia bona suppedita-
re. 4. Spes, oritur ex fiducia in Deum propitium,
quæ speramus et expectamus à Deo bona quæque. 5.
Reverētia Dei, quæ pie studemus, ut ea fiant à no-
bis, et Deo sunt grata et accepta. Huc pertinent 1.
Timor Dei, quo majestatem Dei reveremur, et pie ve-
reque excimescimus, ne quid mali contra severam Dei ju-
sticiam committamus. 2. Obsequia, quæ studemus obser-
vare ea, quæ Deus vult, ut ipsius voluntati quantum possumus
obediamus, et quæ non vult fugimus. 3. Metus filialis
cum ex amorē divini numinis, quæ bona sunt sequimur;
et vero mala sunt, fugimus. Hinc oritur Religio, ut Deus
sanctissime colatur, et omnia religiose fiant in gratiam

Dei. Religio vero cultus divini consistit in ijs, quando magis in timore de lumine divino cogitamus, loquamur, agimus, nec eam licentiam assumimus, ut ijs, q̄ Deū sunt obtemperare et impie abutamur.

III. Deinde sequitur celebratio & invocatio

Dei, quā Deum optimum sanctissimum omnique boni fontem perpetuo edicamus, et ab ipso confidenter atq; reverenter petimus auxilium et bona quaeq; necessaria.

Regula.

I Deum colendum esse confitentur oes, qui sana mente ducuntur. Numen enim summum esse Deum docuit recta ratio, eiq; subiectum esse quodvis agnoscit. Recte Cicero de natura Deorum ait: Nullius gentis tanta est feritas, cuius mentem non imbuat aliqua religio, licet aliter atq; aliter adirent Deum. Sc. Modum verum cultus divini agnoscunt, licet sciverint aliquem cultum Deo deberi.

II. Ut notitia Dei naturalis in nobis imperfecta est: itq; etiam cultum Deo debitum ex nobis non assequimur, nisi imperfecto modo et more. Incerim quae naturali lumine cognoscimus de cultu divini, no negligenda non sunt: talia quippe sunt, quae valde incedere possunt huius quosvis etiam extra vitam viventes in amorem Dei, in laudes Dei, in optimas opiniones de Deo, &c.

III. Deus colendus est non externis dumtaxat gestibus, sed animo sincero et vero. Hoc



